

Teil XIII

Minucius Felix, Octavius

5,4 (loq. Caecilius)

Studiorum rudes, litterarum profanos,  
expertes artium etiam sordidarum

8,4 (loq. Caecilius)

... de ultima faece collectis inperitioribus  
et mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibus

... nocturnis congregationibus et ieiuniis solemnibus et inhumanis cibis ...

... deos despuunt, rident sacra ...

... honores et purpuras despiciunt ...

9,3 audio eos turpissimae pecudis caput,

asini, consecratum

inepta nescio qua persuasione venerari ...

9,5 ... infans farre contectus,

ut decipiat incautos,

adponitur ei, qui sacris inbuatur.

9,6 Et de convivio notum est ...

23,1 (loq. Octavius)

Has fabulas et errores

et ab inperitis parentibus discimus

et, quod est gravius,

ipsi studiis et disciplinis elaboramus,

carminibus praecipue poetarum...

24,11 quorum ritus si percenseas ...

25,5

Templa omnia de manubiis,

id est de ruinis urbium,

de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum.

25,7

Igitur Romani non ideo tanti,  
quod religiosi,  
sed quod inpune sacrilegi.

Aug. Soliloquia 1,7

Ratio: „Quid ergo scire vis?“

Augustinus: „Haec ipsa omnia quae oravi.“

R: „Breviter ea collige.“

A: Deum et animam scire cupio.“

R: „Nihilne plus?“

A: „Nihil omnino.“

Boethius, Consolatio Philosophiae

1,1 c.

Carmina qui quondam studio florente peregi,  
flebilis heu maestos cogor inire modos.

[...]

1,1 p. Haec dum mecum tacitus ipse reputarem ...

1,1 p.

[...] astitisse mihi supra verticem visa est  
mulier reverendi admodum vultus  
oculis ardentibus  
et ultra communem hominum valentiam perspicacibus ...

1, 4.p., Z.69 (Gigon)

At cuius criminis arguimur summam quaeris?

1, 5.p., Z.33

adversum fortunam dolor incanduit

1, 6.p, Z.6

... mundum temerariis agi fortuitisque casibus --- regimen ... rationis

2, 2.p., Z. 4

quae tibi tua detraximus bona?

2, 3.p., Z. 46

Ullamne humanis rebus inesse constantiam reris ... ?

2, 4.p., Z. 42

Anxia enim res est humanorum condicio bonorum

3, 1.p., Z. 18

Ad veram ... felicitatem ...

beatitudo / finis / summum bonum

3, 10.p., Z.65 ff

... summum bonum beatitudinem esse ...

... deum esse ipsam beatitudinem ...

Aug. confessiones

1,1,1 Magnus es, domine,

et laudabilis valde:

magna virtus tua

et sapientiae tuae non est numerus.

1,6,7

Sed tamen sine me loqui

apud misericordiam tuam,

me terram et cinerem,

sine tamen loqui,

quoniam ecce misericordia tua est,

non homo, inrisor meus,

cui loquor.

1,6,10 confiteor tibi,

domine caeli et terrae,

laudem dicens tibi

de primordiis et infantia mea ...

conf. 1,3,6

... illa studia, quae honesta vocabantur, ...

conf. 3,4,7

Inter hos ego inbecilla tunc aetate  
discebam libros eloquentiae,  
in qua eminere cupiebam  
fine damnabili et ventoso  
per gaudia vanitatis humanae,  
et usitato iam discendi ordine  
perveneram in librum cuiusdam Ciceronis,  
cuius linguam fere omnes mirantur,  
pectus non ita.

Sed liber ille ipsius exhortationem continet  
ad philosophiam et vocatur Hortensius.  
Ille vero liber mutavit affectum meum  
et ad te ipsum, domine, mutavit preces meas  
et vota ac desideria mea fecit alia.  
Viluit mihi repente omnis vana spes  
et immortalitatem sapientiae consupiscebam  
aestu cordis incredibili  
et surgere coeperam, ut ad te redirem.

conf. 4,2,2

Docebam in illis annis  
artem rhetoricam  
et victoriosam loquacitatem  
victus cupiditate vendebam.

conf. 5,13,24 (Mailand: über Ambrosius)

... explorans eius facundiam,  
utrum conveniret famaе suae  
an maior minorve proflueret ...

conf. 8,29 „tolle lege, tolle lege“

conf. 11,2,2

confitear tibi  
quidquid invenero in libris tuis.

conf. 11,3,5

Audiam et intellegam,  
quomodo in principio fecisti caelum et terram.

conf. 11,14,17

Nulla ergo tempore non feceras aliquid,  
quia ipsum tempus tu feceras ...  
Quid est enim tempus?

conf. 12,18,27

... cum diversa in his verbis intellegi possint,  
quae tamen vera sint

conf. 1,1,1

... inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

conf. 13,36,51

dies autem septimus ...

conf. 13,38,53

... tua quies tu ipse es ...